



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117778**

§. 15. Decretum in Causa Meletianorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](#)

## §. XV.

*Decretum in causa Meletianorum.*Sæculum IV.  
A. C. 325.Sup. l. VIII.  
§. 24.

Concilium schisma etiam Meletii tollere maxime cupiebat, quo Ægyptus a viginti quatuor annis dividebatur, & Arianorum factio non parum firmabatur. Meletius indulgenter habitus, quamvis in Disciplinæ rigore nullam gratiam mereretur. In urbe Lycopoli manere ei *Synod. ap.* permisum, sine potestate tamen vel eli-*Theod. l. i.* gendi, vel ordinandi, neque alicujus Sa-*c. 9.* cerdotalis functionis causa vel ruri, vel *ap. Socr.* *I. c. 9.* in alia civitate comparendi, ita ut simplex Episcopi nomen retineret. Quantum ad eos spectabat, quos ipse ordinarerat, statutum, ut ordinationis defectus sanctiori manuum impositione supplentur, & ad communionem, functionumque ordinis sui honorem admitterentur, conditione adjecta, ut in quacunque Dicēcisi, aut Ecclesia illis, qui antea ab Episcopo Alessandro ordinati fuissent, cederent, quod maxime de ordinatione Episcoporum intelligendum, quippe Meletius multos ordinare præsumperat, quales vingt octo, plerique in superiori Ægypto, *Athan. ap. 2.* numerantur. Horum certe ordinatio p. 789. erat illegitima, quia sine consensu Episcopi Alexandrini contra antiquam Provinciæ consuetudinem facta. Præcipit etiam Concilium, ut illis, qui a Meletio or-

M 3

dinati

Sæculum IV. dinati erant, jus non competit, quos ve  
A. C. 325. lent, eligendi, aut eligendos nominare  
 absque Episcopi Catholici Alexandri  
 subjecti consensu, quod præcipere id  
 erat necessarium, ne his suffragiis sua  
 factionem augerent, econtra aliis, schi  
 mati nunquam implicitis, sed semper E  
 clesiæ Catholicae auctoritatem secundum  
 potestas eligendi, aut eligendorum no  
 mina proponendi, si Clericali ordini  
*v. Vales. ad Eus. III. & vit. c. 62.* dignos præsentent, integra conservatu  
*63.* & jus faciendi omnia, quæcunque legi  
 Ecclesiastice fieri non prohibent. Si qui  
 eorum decebat, ex iis quisquam, qui mo  
 do ad Ecclesiæ communionem recipiu  
 tur, in defuncti locum promoveri pote  
 rit, si isto honore dignus inveniatur,  
 populo electus sit, & Episcopus Alexan  
 drinus Electionem confirmet. Hæc omni  
 Meletianis concessa; ipse vero Meletius  
 ab omni auctoritate, & jurisdictione re  
 motus, ne, cum esset inflexibilis, & inqui  
 ti ingenii, nova molimina tentaret. Ex  
*Athan. ap. 2. p. 783.* perientia deinde docuit, nimiam fuisse  
 in ejus Sectatores indulgentiam, & Pa  
 tres Ecclesiæ bono melius consulturos  
 fuisse, si Meletianos non recepissent.

## §. XVI.

*Synodi Nicænæ canones.*

*tom. 2. Conc. p. 8.* Concilium Nicænum Canones etiam,

seu